

Annales Ecclesiastici Baronii

2

CHRISTI
630.

AGATHONIS PAP.
3.

CONST. POGON. IMP.
13.

bant, votari iulit & Veilfridum, atque inter Episcopos confidentem dicere fidem suam simul & provinciam, sive insulam de qua venerat. Cumque Catholicus fide cum suis esset inventus, placuit hoc inter cetera ejusdem Synodi gestis inseri, scriptumque est hoc modo: *Veilfridus Deo amabilis Episcopus Eboracen-sis civitatis, Apostolicam fidem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, & cum aliis centum viginti coepiscopis in Synodo in judicium sede constitutis, & pro omni Aquilonari parte Britanniae & Hiberniae insulis, que ab Anglorum & Britonum, necnon Scotorum & Pictorum gentibus incoluntur, veram & Catholicam fidem confessus est, & conscriptione sua corroboravit.* Hæc de his Beda: jamque satis de legationibus e Gallia atque Britannia & alis Borealis insulis.

III. Episcopi sanctitate elati qui Synodo interfuerunt.

(a) Paul.
diac. l. 6.
c. 8.

De reliquo modo agamus Episcopos, qui ex Italia diversis Ecclesiis Synodo interfuerunt, de illis inquam, qui celebriori sanctitatis nomine claruerunt. Præter enim Mansuetum Mediolanensis Ecclesia spectata sanctitatis Antistitem, interfuit etiam Barbatus Beneventanus in Album sandorum relatus: itemque Joannes Episcopus Bergomatis æque sanctitatem celebri eidem interfuisse Synodo reperi-tur, de quo & superioris dictum est: celebrat etiam eum Paulus diaconus, de quo ista habet (a): *Per idem quoque tempus Joannes Episcopus Bergomatis Ecclesie vir mira sanctitatis exitit: qui cum Regem Cunibertum in convorio, dum sermocinaretur, offendisset, Rex ei ad hospitium revertenti equum ferocem & indomitum, qui immenso fremitu super sedentes terra allidere solebat, preparari fecit: cui cum Episcopus supercedisset, ita mansuetus exitit, ut eum blando incessu usque ad domum propriam deportaret.* Quod Rex audiens, & Episcopum ex eo die honore debito coluit, & ei suum equum, quem sua sessione dedicaverat, dono largitus est. Hæc Paulus de Joanne, qui (ut diximus) eundem sacram Patrum conventum prætens ornavit; insuper & Decorus Episcopus Capuanus, qui in numerum sandorum reperitur adscriptus decimaquinta die mensis Februario. His addit Felicem Spoletinum Episcopum, cuius diem natalem Ecclesia Catholica celebrat decima octava Maii. Sandus Anastasius præterea Ticinensis Episcopus æque sanctitatem conspicuus præfens fuit, cuius memoria in Ecclesia collitur trigesima die ejusdem mensis. Interfuerunt & alii præclari virtute Episcopi, adeo ut tanta corona Patrum ejusmodi Synodus magno fuerit honore digna. Corrigendum vero (quod obiter dicendum occurrit) ubi post Saturninum

Alatrina Ecclesia Episcopum legitur in Valeriano codice Valerianus Episcopus Rosana Ecclesia: sed pro Rosana, restituë ex codice scripto, Rosana: nam etsi cætera decessent testimonia codicum; cum ipa subscriptio posita legatur secundum ordinem provinciarum, nulla ratio persuadet ut post Alatrinum & ante Signinum Rosanus, sive Rosanensis ponatur Episcopus ex Calabria provincia; sed restituendum, Rosana, juxta nominatum locum civitatis Alatrinæ, itemque Signinæ. Erat præterea Valerianus, sive Valerius, nomen commune satis Soranis civibus: nam & ipsa civitas dicta a Juvenale reperitur Domus Valeriorum, eoque cum colonia illuc est Romanorum deducta, Valeriorum familiæ plurimi migraverunt. At hæc de nominibus satis.

De rebus autem in hac Synodo gestis, nihil præterea reperitur, nisi epistolæ Agathonis ad Constantinum Imperatorem & fratres eius de fide Catholica contra Monothelitas, sed & alia epistolæ ad eosdem nomine totius Synodi de fide Catholica conservanda. Canon nullus in ea sanctus legitur; quod non ob aliam causam fuerat convocata, quam ad fidem Catholica confirmandam, & legationem Constantinopolim ad Synodum ecumenicam decernendam: & cum utrumque quam diligentissime reperierit impletum, nihil est quod ab ea amplius fuerit requisitum. Delecti sunt autem in eodem Concilio legati Constantinopolim prefecturi, Joannes Episcopus Portuensis, Abundantius Episcopus Paternensis, & Joannes Episcopus Regitanus, sive Regiensis: hi tres a Concilio Romano missi fuerunt; sed & ab Episcopo Ravennate Theodoro missus est Theodorus presbyter. Hæc quidem ex Actis ipsius Sexta Synodi constat. Quod vero Anastasius Bibliothecarius universos, qui cum iidem profecti sunt legatis recensente, post tres ex dicto Concilio legatos missos, hos addit, dicens: *Misi Agathum, & Theodorum & Georgium presbyteros, Joannem diaconum, & Constantinum subdiaconum, Theodorum presbyterum Ravennatem, atque reliquos servos Dei monachos.* Iidem etiam in litteris Agathonis nominati reperiuntur. Sed est sciendum, duas missas esse legationes, ab Agathone Pontifice unam, alteram vero ab ipso Romano Concilio seorsum, licet easdem simul contigerit proficiendi. Testantur id quidem ejusdem Imperatoris litteræ ad Georgium Constantinopolitanum Episcopum, in quibus & ista leguntur (b):

Jum enim super hoc adhortati sumus perpios nostros apices adduc inter vivos existentem & Donum sanctissimum Apostoli-

(b) Exatas
in praem-
bulis Sex-
tae Synodi.

66

IV.
De rebus
gestis in
Synodo.

Duplex
Legatio.